

## Theses utriusque juris.

**Numéro d'inventaire** : 1980.00012.22

**Auteur(s)** : Charles Henri Frédéric Dumont

**Type de document** : affiche

**Éditeur** : non renseigné (Paris)

**Imprimeur** : Veuve Ballard

**Période de création** : 4e quart 18e siècle

**Date de création** : 1784

**Description** : Une feuille aux coins froissés. le coin inférieur gauche est taché. Déchirures à la pliure médiane. Estampe dans la partie supérieure.

**Mesures** : hauteur : 730 mm ; largeur : 510 mm

**Notes** : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention de la licence, Charles Dumont, le samedi 26 juin 1784, à Paris. Les articles de droit civil traitent des gages et des garanties. Les articles de droit canon portent sur les sentences et les jugements rendus. L'estampe représente saint Charles Borromée visitant les malades.

**Mots-clés** : Affiches de thèses et d'exercices publics

**Filière** : Université

**Niveau** : Supérieur

**Autres descriptions** : Langue : Français

ill.



# PATRONO SUO.

## THESES UTRIVSQUE JURIS.

EX MATERIA SORTITO DUCTA.

### CANONICI.

Ex Cap. 7. Extrà. De Sententia & re judicata.

**S**ENTENTIA est legitima iudicis pronuntiatio litis finiendæ causâ interposita.  
I.  
**R**ES judicata est ipsa res, cui per iudicis sententiam finis impositus est.  
II.  
**D**UPLEX est sententia; alia interlocutoria, alia definitiva.  
III.  
**I**NTERLOCUTORIA sententia est ea quæ de rebus ad causam finiendam pertinentibus pronuntiatur.  
IV.  
**D**EFINITIVA verò ea est, quæ controversiam penitus dirimit.  
V.  
**I**N ferendâ sententiâ hoc inter alia cavere debet iudex, ne contra canones & leges feratur.  
VI.  
**N**AM contra leges & canones lata sententia ipso jure nulla est.  
VII.  
**A**LIUD dicendum est, si contra jus litigantium pronuntiatur sit, hæc enim sententia non est ipso jure nulla, nec nisi per appellationem rescinditur.  
VIII.  
**C**ETERUM sententia lata in causâ matrimonii nunquam transit in rem judicatam.  
IX.

### CIVILIS.

Ex Lege 1. Cod. In quibus causis pignus &c.

**P**IGNUS vel hypotheca est conventio, quâ res aliquâ in securitatem debiti, creditori à debitore traditur vel obligatur.  
I.  
**D**UPLICIS generis pignus distinguitur, conventionale & tacitum: conventionale est quod creditoris & debitoris conventionione constituitur.  
II.  
**T**ACITUM pignus est quod citra conventionem ex præsumptâ voluntate contrahentium, vel ex privilegio lex induxit.  
III.  
**H**UJUSCE taciti pignoris favor vel crediti causam respicit, vel creditoris personam.  
IV.  
**R**ATIONE cause qui pecuniam credit ad refectiorem ædificii, ædificium sibi, quandiu pecunia soluta non est, jure tacite hypothecæ obligatum habet.  
V.  
**U**TIQUE in prædiis rusticis fructus qui ibi nascuntur, tacite intelliguntur pignori domino fundi pro mercedibus, etiam si non convenit.  
VI.  
**I**N prædiis urbanis ea quæ in prædium à conductore invecita illataque sunt, proportionem obligata sunt locatori, quasi tacite convenit: secus in rusticis.  
VII.  
**F**AVORE personæ mulieribus in dote repetendâ, pupillis atque minoribus adversus tutores atque curatores, tacitum pignus lex induxit.  
VIII.  
**E**X causâ tributorum jus tacite hypothecæ fisco habet in universis censitorum bonis, idem jus habet fisco in bonis eorum quibuscum contraxit.  
IX.

Has Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Dei-parâ, & Præside CLV.D. NATALI CLAUDIO NICOLAO DE LATRE, J.U.D. Antecessore, & Censore, nec non & Censore Regio, tueri conabitur CAROLUS HENRICUS FREDERICUS DUMONT, Ambianensis, Baccalaureus, die Sabbati 26 Junii, anno Dom. 1784, à meridiana ad tertiam.

Aderunt cum jure suffragii sorte ducti Clar. D.D. Drouot, Vasselin, Godefroy, Sarrelle, Trincano.

PARISIIS,

IN SCHOLIS JURIS.

PRO LICENTIATU.

Apud Viduam BALLARD, Consultidmæ Facultatis Typographum, viâ Mathurinenfium.

